

1122, FEVEREIRO, 17 — *D. Teresa outorga a sua protecção aos moradores de Orense, estabelece aí um mercado mensal e doa à respectiva Sé vários bens e direitos senhoriais.*

Sé de Orense, Privilégios, tómo I, doc. 4, or. chanc. car. (*)

C H R I S T U S. Sancti Spiritus inflamante gratia cum quo christiani neminis religio huc usque pullulat bona uoluntas tesaurizandi fructus boni operis in celo unicuique attribuitur ut quod in presentis uite labili cursu male agendo committit prius penitendo postmodum se suaque largiendo diluat. Dicente Domino quia «sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatum». Quapropter ego regina domna Tarasia non aduersariorum meorum potencia coacta sed scelerum meorum mole grauata una cum meorum hominum prouida dispensacione seu Limensium principum fauore seminando mercedem quam in futuro colligere gaudeo Beatissimum Martinum primitus uenerando exinde omnes sanctos exorando do atque concedo Auriensi sedi ut sit ibi urbs ampliori plebe ornata et multarum gentium tutela ut que paganorum persecutione fuerant dissipata meo fauore sint edificata. Quicumque enim ciues nunc ibi sunt uel fuerint seu quicumque aduenerunt uel aduenerint ibidem pacati et ab omni lesione securi permaneant. Et sicut apud castellum Alliariz diuersis partibus multe gentes in capite kalendarum pro foro diuersarum rerum uniuersaliter conueniunt sic iubeo atque concedo ut medio mensis ad Auriensem burgum conueniant et securi et inlesi in eundo et in redeundo persistent. Propterea boni operis principium confirmando prauorumque hominum moliciones oprimendo do atque concedo Beatissimo Martino quidquid agrorum uel uinearum siue domorum uel quicquid debiti regie parti debet a petra de uado usque ad riulum de Oruidelo, insuper quantum..... Rubias habetur siue in Reparadi tam regalengum quam infantaticum do et datum confirmo. Apud Porcariam uero terciam partem ecclesie Sancti Saluatoris et terciam ecclesie Sancti Martini. Hec omnia desuper conscripta pro meorum peccatorum remissione do atque concedo..... scilicet] Auriensi sedi et domno Didaco eiusdem sedis episcopo et clericis ibidem degentibus dataque confirmo et esse sancita in perpetuum censeo. Si quis autem quod euenire non credo contra hanc kartam donationis insurgere temptauerit et testamentum infringere uoluerit in primis iram Dei incurrat et a liminibus Sancte Ecclesie alienus fiat et parti regie auri C talenta persoluat et insuper cui uim inferre presunserit solidos mille componat et quod 25 acquirere quesierit non ualeat exsequi. Preterea a consorcio omnium christianorum segregatus

Eccles. III, 33

(*) O ponteadado no texto indica as partes rôtas do perg. A subscrição notarial já não é perceptível, mas a letra do doc. mostra-nos que se trata indubitavelmente de um original de chancelaria, da mão do notário régio *Menendus*.

Este diploma foi já editado no *Boletín de la Comisión Provincial de Monumentos Históricos y Artísticos de Orense*, tómo V, pág. 12.

cum Iuda proditore et bonorum operum disturbatore sine fine pereat in secula seculorum amen. Facta karta uel testamentum dia que est XIII Kalendas Marcii Era M.^a C.^a LX.^a. Ego regina supra nominata uobis domno Didaco Auriensi episcopo hanc kartam propria manu r + + + oborauit et confirmaui.

Comes Fernandus uidit et conf., **comes Gomez uidit et conf.**, Menendus Velasquíz 5 uidit et conf., Velascus Moniz uidit et conf., Petrus abas Celanouensis uidit et conf., Afonsus abas Sancti Stephani uidit et conf.

Qui presentes fuerunt: Petrus ts., Mitus ts., Pelagius ts.

(Sinal) TARASIA REGINA.

61

1122, MARÇO, 8 — *D. Teresa transfere a Diogo Aires várias terras em Cardielos e Covelos (c. Feira) em remuneração dos seus serviços e a tróco de certo preço.*

T T. — L.^o Baio Ferrado de Grijó, fl. 76

In Dei nomine. Ego regina Tarasia bone indolis regis Adefonsi filia placet mihi tut^(*) 10 quod tibi Didaco meo homini dedi uidelicet ipsam hereditatem que fuit de Arias Eriz confirmare sicut et confirmo per nomen de illo casal et pumar heremo et Cubellus et Cardenellus subtus monte castro Sancta Maria discurrente riuulo Villela territorio Portugalensi prope ciuitatis Sancte Marie. Dono tibi illam hereditatem sicut sursum resonant cum omnibus suis pres- 15 tationibus per suos locos et uicos et terminos nouissimos et antiquos cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est, quam tibi Didaco Arias aluane ego dedi pro pretio de tua soldada quam mihi seruisti bene et ad meum placitum C.^m et LXXX.^a modios per manum de Suario Ataniz tantum mihi placuit et aput te nichil remansit in debitum pro dare. Habeas tu illam firmiter in perpetuum ita ut ab hac die et tempore sit ipsa hereditas de iure et dominio 20 meo substracta et in tuo iure et dominio tradita et confirmata et fatias de illa quicquid tibi placuerit amodo et deinceps. Si quis uero quod fieri minime credo aliquis homo uenerit uel uenero ego seu de propinquis uel extraneis qui hanc cartam uendicionis et confirmationis in- 25 fringerit uelit et ego nolero tibi concedere quod pariam tibi ipsam hereditatem duplatam et quantum a te fuerit melioratam, et quisquis ille fuerit cum Iuda traditore habeat participium in profundum inferni et a sacratissimo domini nostri Ihesu Christi corpore et consortio fidelium christianorum separatus. Facta carta uendicionis die et tempore noto VIII.^a Idus Marcii Era M. C. LX. Ego regina domna Tarasia tibi Didaco Arias hanc cartam manibus meis robor + o.

Pro testibus: Menendus ts., Fernandus ts., Suerius ts.

Nunus Suariz uidit, Suarius Midiz uidit, Gunsaluus Suariz uidit, Petrus notuit.

(*) sic.